

in prax. annot. 37, §. unico n. 5, & 16. Sperell. decis. 154, n. 99, & seq. Merlin. decis. 77, n. 12, Rot. dicta decis. 681, sub nu. 5, vers. Et licet, part. 1, & decis. 256, n. 6, part. 9, tom. 1, & decis. 465, n. 24, part. 9, tom. 2, recent. Idem firmat Auctor hic num. 8, & 9.

Vel dispensatio ex causa voluntaria nimirum ob utilitatem * privilegiati emanaverit, & tunc emptores curare non debent de versione latè Dec. dicto consilio 36, n. 8. Buratt. decisione 714, numero 1. Sperell. dicta decisione 154, num. 104. Seraphin. dicta decis. 366, n. 3, & eandem distinctionem mox citati Doctores amplectuntur, Georg. Mund. consil. 2, num. 31, lib. 1. & animadvertit subobscure tamen, nec distinguendo Auctor hic sub numero 20, vers. Et hæcenus: Et prius n. 14, prope finem.

Cæterum si in rescripto dispensationis præscribatur forma, * illa pro validitate contractus ad unguem observanda venit. Surd. consil. 181, n. 11, & 12. Sperell. decis. 154, nu. 110. Merlin. decis. 781, nu. 1, ubi quod probanda sit versio ad formam pacti, Ludovif. 511, n. 6, ubi quod deponeudo ad formam rescripti cautè fiat; Quod repetit Otthobon. decis. 249, nu. 6, & 7, ubi quod emptores eo minus solliciti esse debent, quando ex rescripto eximuntur. Joan. Franc. Andr. controvers. 240, numero 55, ubi tamen nimirum absolute loquitur Cevaler. decis. 612, n. 17. Rota dec. 131, nu. 6, & 7, & dec. 260, nu. 8, & seq. part. 7, & decis. 26, n. 6, & seq. part. 8, & dec. 109, n. 9, & seq. & decis. 278, n. 15, & seq. ubi quod si per principem derogetur fideicommissio, præcipiatque quod pretium rei fideicommissio subjæta reinvestitur, emptor tunc pro sui severitate tenetur esse sollicitus de versione, & effectuione investimenti, & decis. 465, numero 22, & sequent. partit. 9, tomo secundo recent. ubi quod emptores curare debeant investimentum, quando agitur de præjudicio tertii, ut puta vocatorum ad fideicommissum, si per rescriptum committatur alienatio fideicommissi cum onere investiendi; ubi etiam reprobat Surd. decis. 156, adhæret Manent. consilio 17, & decis. 31, Merlin. decis. 77, nu. 13, ubi quod agitur de præjudicio, seu interesse tertii emptor teneatur curare versionem, & apud Censal. ad Peregr. decis. 49, n. 2. Ex quibus concludendum venit, quod ubi in rescripto dispensationis non exprimitur ad quem ex contrahentibus incumbere debeat onus implendi quod illud ab emptoribus suscipi debeat in hac materia fideicommissi, majoratus, aut primogenituræ, in qua tertii præjudicium considerabile versatur, & venditores curare non consueverint implicaciones, & secundum præmissa intelligendus est Auctor in hoc paragrapho.

Dispensationes autè non ita passim concedi solent ad derogationem majoratus, aut fideicommissi, * sed ita demùm subsistente causa, & ut plurimum ad reparandas necessitates gravatorum. Adeo ut aliter impetratæ dispensationes subreptitiæ reputentur, maximè quando impetrantes aliunde ex liberis absque appositione manus ad fideicommissio supposita valent suis necessitatibus occurrere Fular. de substitut. quæst. 542, numero 14. Rota decis. 24, nu. 21, & 22, partit. 7, & decisione 75, n. 1, & sub num. 6, vers. Atque mens Papæ partit. 9, tom. 1, & decis. 465, numero 8, part. 9, to. 2, recent. & apud Censal. ad Peregrin. decis. 48, numero 7.

Ex supposito tamen validitatis contractus in-

telligi debet quod emptor à privilegiato ex causa utilitatis alienante non teneatur jurare versionem, quoniam si nulliter contraxit cum privilegiato, ex causa utilitatis contrahens * versionem omnino probare obstringitur, quodque privilegiatus evaserit locupletior. Duran. decis. 18, nu. 29, & 30. Buratt. decis. 814, nu. 2. Sperell. dicta decis. 154, n. 105. Gratian. discept. 720, n. 24, & 25. Viv. decis. 443, nu. 25. Auctor hic n. 31, & prius sub n. 27, vers. Quod si res publica. Ubi quod sufficiat tradere pretium procuratori solemniter ad id, & cum speciali mandato per privilegiatum constituto, Rota apud Pic. ad statut. Urb. decis. 3, numero 4. & apud nos post allegat. 1, nu. 7, fol. 39, lib. 1. Thomas de Tutor. & Curat. tit. 19, nu. 3580, fol. 865. Altograd. consil. 26, numero 2, & 3, lib. 1, Rota decis. 143, num. 3, part. 6, recent. vide notata ad Cap. LVI.

CAPUT XXXVI. §. 4.

SUMMARIUM.

- 1 Arrhæ sunt quæ traduntur in signum futuræ matrimonii; in aliis contractibus dantur ad indicandam illius perfectionem numero 2. Declara ut numero 3. Tradite à minori quando solemnitates requirantur nu. 4. Ex fideicommissio detrahi possunt num. 7. Amplia etiam in acconcio num. 8.
- 5 Donatio propter nuptias an intelligatur per arrhas.
- 6 Pater super tertio, vel quinto ad se spectantè gravamen imponere potest.
- 9 Acconcium jam constituta dote datum spectat ad uxorem.

IN signum futuræ matrimonii, quæ traduntur, regulariter Arrhæ nuncupantur, leg. 3, & leg. fin. Cod. de sponsal. Fenson. ad statut. Urb. cap. 112, n. 3. Giovagn. consilio 17, numero 8, & consil. 18, numero 36, lib. 1. Acost. de privileg. credit. regul. 2, ampliat. 6, numero 308, ubi quod dantur, ita ut si dans sine causa poenituerit eas amittat, Carolus Boss. de matrim. cap. 11, nu. 430. Rota apud Fenson. ad statut. Urb. decis. 135. Id quod ad similitudinem aliarum conventionum * fieri solet, in quibus Arrhæ præstantur ad denotandam perfectionem contractus. Surd. decis. 260, n. 25. Gomez. variar. resolution. part. 2, cap. 2, n. 18. Gratian. disceptat. 748, nu. 23. Fenson. ad statut. Urb. cap. 112, nu. 1, & per totum, & dicta decis. 135, apud eundem. Acost. de privileg. credit. regul. 2, ampliat. 6, sub n. 308, vers. Id quod; Niger. de laudim. quæst. 20, num. 120, & seq. tom. 1, & quæst. 15, n. 72, tom. 2. Superius autem dicta sibi locum vindicant secuta reali traditione * arrharum, secus verò in promissione simplici, & pura illas tradendi, Tiraquel. de retract. convent. ad finem sub n. 56, vers. Loquens de arrhis. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 5, n. 32. Cum animadvertione etiam quod requiritur decretum * si minor tradiderit arrhas consistentes in rebus, quæ servando servari possint. Soarez in titul. de las Arrhas n. 61, & seq. Thomas de tutor. & curat. tit. 19, sub numero 3377, vers. decretum requiri, fol. 812. Franc. Baron. de effect. minor. etat. 3, num. 206.

Per

Observationum de Alimentis. Cap. XXXVI. §. 5. 33

Per Arrhas in Hispania tum intelligatur donatio * propter nuptias ex professo examinatur hoc §. Capyc Galeotta controvers. 29, n. 24, & seq. Acost. de privileg. credit. regul. 2, dicta ampliat. 6, sub n. 309, ubi quod arrhæ non sumantur apud Hispanos pro eo quod traditur in signum matrimonii contrahendi, sed sint donatio facta sponsæ per sponsum in remunerationem nobilitatis pudicitæ, aut dotis ipsius sponsæ, quæ quidem arrhæ decimam honorum mariti ex legibus Hispaniæ non debent excedere. Acost. de privileg. credit. regul. 2, dicta ampliat. 6, n. 365, & seq. Salgad. Labyrinth. credit. part. 2, cap. 4, n. 47, ubi quod promissio arrharum ultra decimam irriterit in excessu, & intra decimam sustineatur. Thomas de Tut. & Curat. tit. 19, numero 646, ampliat. 265, fol. 425, & sub 3009, limit. 218, fol. 755, ubi quod arrhæ à statuto taxatæ in excessu nec juramento firmentur.

Cæterum quod pater in tertio, * seu quinto, de quo juxta constitutiones Hispanas ad sui libitum disponere potest, valeat quoque filiis superinde gravamen imponere præter Auctorem hic n. 5, post alios comprobatur Caren. resolut. 241, n. 5, 6, & 7, redeundo ad materiam auth. res quæ C. commun. de legat. in hoc §. conatur probare illius dispositionem non militare quoad arrhas juxta constitutiones Hispanas, sed quicquid sit in illis regionibus certè de jure comuni arrhæ hujusmodi quatenus important donationem propter nuptias, * seu contra dotem ex fideicommissio sicut & dos consequi possunt, ut latius prosequitur Auctor supra cap. 36, n. 2. Peregr. decis. Paravin. 96, n. 4, & 5, Fular. de substit. quæst. 533, nu. 2, in fine. Ubi potissimum istud militare inquirunt, quando ex consuetudine loci istud provenit nimirum ut in matrimoniis donationes * propter nuptias intendant, quo sanè casu idem quoque procedit in acconcio, seu corredo constitui consueto. Thesaur. decisione 192, Rota decis. 556, per totam part. 1, divers. Marefcott. variar. resolut. 69, n. 14, lib. 2, Menoch. consil. 56, n. 33, & seq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5, gloss. 1, part. 2, n. 89, tom. 2. Gabr. conf. 153, n. 2, 11, & per totum lib. 2. Gratian. discept. 498, nu. 57, & seq. Ludovif. dec. 80, n. 7, & ibi adden. n. 11, quæ est decis. 72, part. 2, recent. Ripol. var. resolut. cap. 10, n. 494. Altograd. conf. 20, n. 25, lib. 2. Rota in Romana Acconcii 26 Octobris 1611, Coccino, & in Romana census 1 Julii 1648, Bichio.

Intelligenda tamen sunt prædicta quando arrhæ, acconcium, sponsalitia largitas, seu corredo necessariò ex consuetudine præstantur, ac in dominio mariti simul cum dote transeunt: At quando dote integraliter constituta insuper datur * acconcium separatum, tunc spectat ad uxorem, illiusque hæredes. Seraph. decis. 126, & decis. 132, Alexand. consil. 63, n. 7, lib. 2. Altograd. consil. 20, num. 4, & seq. lib. 2. Rota in dicta Romana Acconcii 26 Octobris 1611, Coccino, & in Romana separationis dotis 28 Junii 1641, Cerro. Ubi quod si non extet acconcium, quia ex lapsu decennii, vel aliter consumptum existat, uxoris periculo cedat, siquidem promissio illud restituendi sic intelligi debet nunc impressa decis. 44, nu. 4, & per totam part. 9, tom. 1, recent.

CAPUT XXXVI. §. 5.

SUMMARIUM.

- 1 Assensus Principis obligandi feudum, vel majoratum pro dote restituenda suffragatur etiam pro assecuranda; Principis pro dote extenditur etiam ad alimenta, & interesse dotis n. 2. Contrarium qui teneant num. 3.
- 4 Hypotheca tacita pro dote competit etiam pro paraphernalibus.
- 5 Pupilli, & minores sibi caventes de expressa bonorum obligatione, tacitam quoque retinent.
- 6 Tutores & Curatores in bonis pupillorum hypothecam à lege non habent.
- 7 Administratorum bona pro administratis obligata remanent. Declara ut num. 8, & n. 9.
- 10 Curatori hæreditatis dum jacet pro salario datur hypotheca.
- 11 Administratores bonorum super quibus pendet concursus habent hypothecam.
- 12 Patris bona, filiis pro administratione tacite remanent obligata.
- 13 Fideicommissaria contra bona hæredis gravata, dolosè fideicommissum disparuit non datur hypotheca. Sed contra num. 14.

Assensus, seu facultas Principis obtenta pro obligatione feudi, vel majoratus in casum dous restituendæ * soluta matrimonio extenditur etiam ad casum assecurationis dotium constante matrimonio ob inopiam viri Bursat. conf. 120, n. 27, 35, & 36. Cyriac. contror. 189, n. 36. Gizzarel. decis. 74, numero 1. Baldax. de Angel. ad eundem dec. 67, n. 4, & Joseph. Mel. ad eundem decis. 88, n. 1. Pasch. de viribus patr. potest. part. 2, cap. 7, n. 44. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 8, n. 12. faciunt tradita per Millin. dec. 217, n. 5, in fine: Quidquid in contrarium sentire videatur Gratian. discept. 406, n. 18. num scilicet stipulatio, & pactum de restituendo dotem, tanquam stricti juris comprehendat eam, quæ fit ob vergentiam viri ad inopiam.

Pro restitutione dotis Regia facultas concessa non extenditur ad alimenta, * usuras, & interesse dotis ex mora. Didac. de Mar. ad decis. 3, Gizzarell. n. 15, Bursat. consil. 103, nu. 23, ubi quod ita judicaverit Senatus Mantuæ, Baldax. de Angel. ad Gizzarell. decis. 67, n. 3, Larath. de feudis part. 8, dilucidat. 58, per totam, & articulo ad partes examinato concludit Larr. decis. 37, numero 16, & per totam: accedunt cumulatim per Auctorem hoc §. num. 7, ipse tamen post alios residet in contraria opinione, concludentes facultatem Regiam super majoratu pro dote usuras quoque, alimenta, & interesse dotis comprehendere * ut præter adductos ab eo admittunt Hodiern. ad Surd. decisione 271, numero 8. Capyc. Galeotta controvers. 21, n. 23, lib. 1. Antonin. de Marin. resolut. 166, nu. 34, lib. 2. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 8, n. 15. Staiban. de interesse tit. 11, quæst. unic. nu. 156, & 157, fol. 277, lib. 2.

Circa aliam quæstionem, quam Auctor examinat hic à n. 25, ad 32. num scilicet tacita legis hypotheca pro dote, competat etiam pro fructibus, interesse, & alimentis, in qua hic amplectitur affirmativa, pro eadem dicam infra ad c. 66. Quam sanè hypothecam legalem, & tacitam uxori com-

E 3

pe-

- 4 petere pro restitutione paraphernalium* post alios animadvertendam alleg. 61, n. 20, lib. 3, & nunc addo Sperell. decis. 117, n. 26, & 36. Acoft. de privileg. credit. regul. 2. ampliat. 6, n. 326, & 342. Pupillis, & minoribus ubi sibi ipsis de expressa bonorum* obligatione caventibus contra eorum tutores, ac respectivè curatores, tacitam legalem hypothecam competere concludit Auctor hic n. 32. Joan. Franc. Andr. contr. 353, n. 9. Joan. Baptist. Antonell. conf. 99, n. 8, & seq. ubi ampliant etiam ad administratores Ecclesiæ & Universitatis, Thomas de Tut. & Cur. tit. 38, n. 1, & seq. Mart. Medic. decis. 19, nu. 1. dixi alleg. 16, n. 4, lib. 3, latè Acoft. de privileg. credit. regul. 3, ampliat. 1, n. 1. cum seq. & per totam. Rot. decis. 242, n. 15, & seq. part. 9, tom. 1, rec. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, quæst. 2, ex n. 14, ubi ampliat in administratoribus Civitatis, & Hospitalium. E contra verò tutores, seu curatores, in bonis pupillorum* ac respectivè minorum hypothecam à lege non habent. Mart. Medic. dec. Sen. 19, n. 3, Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 4, cap. 17, nu. 10.

- In cæteris quoque administratoribus idem procedere, quod scilicet* pro administratis eorum bona remaneant ut hypothecata dicebam alleg. 124, n. 77, lib. 3, quod etiam ultra ibi adductos simpliciter firmat Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 4, dicto capite 17, n. 10, in fine, in quo tamen non figi pedes, sed ex fundamento nimirum statuti tribuentis* hypothecam principalibus in bonis administratorum, quod fieri posse colligitur ex Merlin. de pignor. & hypothec. libro 2, quæstione 107, & lib. 3, quæst. 88, n. 29, reminiscens quod post alios contrarium defendebam alleg. 22, n. 6, lib. 3.

- 9 Secluis enim administratoribus privilegiatorum nullo jure cavetur, * quod eorum bona pro administratis tacite remaneant obligata erga eos quorum bona administraverunt. Menoch. consilio 851, n. 44, & seq. Gratian. disceptat. 601, n. 24, Joan. Franc. Andr. contr. 92, n. 10, & contr. 353, n. 1. Joan. Bapt. Antonell. dicto conf. 99, n. 13, 17, & seq. & per totum: limitatur tamen primò in Curatore, seu administratore simpliciter dato hæ-

- 10 reditati dum jacer, pro salario* eidem assignando, & expensis in custodia bonorum erogatis Martin. Medic. dicta decis. Senen. 19, n. 4. Deinde limitatur in administratore bonorum, super quibus pendet conversus, nam si removeatur, * seu quomodolibet ab administratione desistat, si facta computatione ejus administrationis inventus fuerit creditor, ei satisfaciendum in concursu erit postpositis quibuscunque aliis creditoribus, ut prosequitur Salgad. in Labyrinth. credit. partit. 3, cap. 9, ex n. 5. Demùm pro nunc limitatur in patre cujus bona filiis* tacite remanent hypothecata pro administratione. Seraph. decisione 1290, n. 1. duplicata decis. 183, part. 4. divers. Gratian. discept. forens. 53, n. 4, & 5. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, quæst. 4, n. 9. Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 4, cap. 17, n. 10, in fine. Joan. Franc. Andr. contr. 353, n. 4.

- 11 Fideicommissario autem an detur tacita legalis hypotheca cõtra bona hæredis gravati qui dolosè ac fraudulenter bona fideicommissi dissipavit, Doctores controversant: si quidem quod non detur * hujusmodi hypotheca sustinere contendunt Joan. Franc. Andr. controvers. 92, n. 11, & contr. 353, n. 4. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, quæst. 3, numero 9, & seq. Rota in Romana seu Januën. locorum montium 17 Maii 1658, §. quia hoc

- est, Priolo. Verùm contraria opinio quod nimirum fideicommissario* in bonis hæredis gravati, qui circa fideicommissum perpetràm se gessit probabilem hodie non videtur habere difficultatem, quam sequuntur cumlati per nos alleg. 22, n. 7, & allegat. 23, n. 9, in fine, & allegat. 101, n. 10, & 11, lib. 3, & optimè, ac pluries declaravit Rota, & signanter in Placentina bonorum 16 Junii 1653 in fine, & in Romana fideicommissi 24 Aprilis 1654. §. minus autem vers. nam pro reintegracione, Zarate: & in Romana census seu Salviani 5 Maii 1655. Cerro, & in Hefesina bonorum 25 Maii 1657. §. prout, vers. Et hoc casu Duno-zetto, & post hæc scripta visus Andr. Censal. decisione Lucen. 23, n. 52, & conf. 2, n. 7, & 8. In quibus sanè resolutionibus Rota distinguendo concludit, quod adversus administratores quoscunque ob dolosam, ac fraudulentam administrationem, & eorum bona competat hypotheca, tamen contrarium amplecti perfunctoriè videatur in Romana, seu Januën. locorum montium 17 Maii 1658. dicto §. quia hoc, Priolo.

CAPUT XXXVI. §. 6.

SUMMARIUM.

- 1 Dos confessata non habet privilegium ut detrahatur de fideicommissis. Limita ut n. 2. Et de ratione n. 3. Pro aliqua parte soluta præsumitur, n. 20.
- 4 Confessio dotis simulata, nec marito, nec hæredibus præjudicat. Fallit si sit jurata n. 5. Dotis receptæ in fraudem prohibita alienationis constante matrimonio facta dicitur n. 6. Lapsa tempore ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis non præjudicat creditoribus n. 9. Dotis receptæ ab extraneo suspecta non existit n. 11. Declara ut n. 12. Dotis receptæ si præcessit promissio numerationem probat n. 13. Dummodo de promissione liqueat per instrumentum num. 14. Dotis receptæ post commissum delictum à marito præjudicat fisco nu. 15. Sed contra num. 16.
- 7 Juramentum iniquitatem non operatur. Idem non convalidat confessionem dotis receptæ simulatam nu. 8.
- 10 Renunciatio exceptioni dotis non numeratæ, facta per maritum, creditoribus non præjudicat.
- 17 Numeratio dotis ex confessione adminiculata probatur; Amplia ut n. 18.
- 19 Augmentum dotis ex confessione adminiculata probatur.
- 21 Præsumptiones, ex quibus per dotis confessionem numeratio probetur, apud quos videndæ.
- 22 Dotis confessio emissa in Testamento creditoribus non præjudicat. Fallit ut n. 23.
- 24 Hypotheca pro restitutione dotis retrahitur ad diem promissionis. Fallit ut num. 25.

IN dote confessata non habet locum Authent. res quæ C. commun. de legat. * ut in subsidium de bonis fideicommissi detrahi possit. Leoncill. decis. Ferrar. 137, numero 3. Joan. Baptist. Salvatic. consilio 39, n. 11. Marefcot. var. res. 69, n. 18. lib. 2. Auctor hic à n. 1, ad 4. Merlin. de legit. lib. 2, tit. 1, qu. 17, n. 3, & n. 11. quod tamen limitatur * ubi concurrunt conjecturæ dotis solutæ. Leoncill. d. decis. 137, n. 4. Rota dec. 210, n. 2, part. 6, rec. Jo. Bapt. Salvatic. dicto conf. 39, n. 12. Othob. decis. 83, n. 1. Ratio subest optima, quia confessio dotis

Observationum de Alimentis. Cap. XXXVI. §. 6. 55

- dotis receptæ facta à marito constante matrimonio * numerationem non probat, maxime ad præjudicium tertii, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 61, à n. 3, ad 7. ubi ampliat, si facta appareat in ultima voluntate, siue in actu inter vivos erga uxorem, vel focerum, & dec. 81, n. 1. Buratt. dec. 108, n. 1, 2, & 3, ubi quod censeatur facta animo donandi, & dec. 612, n. 1, & 2. Merlin. de legit. lib. 2, tit. 1, quæst. 17, num. 4, & 5, in moderna impressione. Hodiern. ad l. hac edict. 4, 24, n. 1, 2, & 3, ubi quod præjudicat marito, & ejus hæredibus, non autem aliis, Rota decis. 16, n. 8, & 17, ubi procedere inquit quando agitur de præjudicio filiorum alterius matrimonii, part. 8, & decis. 299, n. 8, part. 9, tom. 1. recent. & supponit Auctor hic num. 5. post infinitos per eum recensitos; Fallit stante simulatione confessionis, ob quam dotis confessio, nec marito, * nec ejus hæredibus præjudicat, Rot. in Romana dotis 11. Februarii 1656, n. 23. Bevilacqua, & 10, Decembris 1657, n. 5. Melio.

- Si tamen confessio dotis receptæ juramento roborata existat, juramento, * inquam, assertorio, puta si juratum fuerit simpliciter dotem numeratam, & receptam fuisse, & omnia contenta in confessione dotis receptæ vera esse, tunc etiam contra quoscunque numerationem probat, & privilegia dotis retinet, Menoch. d. præsumpt. 12, ex numero 41, lib. 3. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 17, numero 12, & examinat. 51, n. 33. Buratt. d. dec. 108, n. 11, quæ est decis. 683, part. 2, recent. Joan. Bapt. Antonell. conf. 46, n. 7, & huic opinioni videtur adhærere Auctor hic n. 5. Verùm quia confessio dotis receptæ per maritum constante matrimonio facta * in dubio semper præsumitur emanata in fraudem prohibita donationis juxta crebriorem, ac in judicando amplectendam opinionem, Ludovif. decis. 67, numero 2, & ibi Beltram. n. 14, & decis. 188, nu. 1. Gratian. discept. 496, n. 14, & seq. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 51, num. 41. Merlin. decisione 287, nu. 3. Buratt. dec. 612, num. 1, Thomat. decis. Macerat. 99, sub nu. 56, vers. Ubi quod. Hodiern. ad l. hac edict. quæst. 24, n. 31. Andr. Censal. decis. Lucen. 84, n. 3, & prius decis. 50, n. 1, Donad. de renunciat. cap. 41, n. 5. Ideo juramentum qualitercunque apponatur deficientibus adminiculis * pro veritate confessionis nihil operatur, cum ob suam Religionem non foveat iniquitatem, Merlin. dicta decis. 287, n. 10, & 11. Buratt. decis. 612, n. 5, & 6, & decis. 925, n. 5, & 6, cum adductis per Hodiern. ad Surd. decisione 154, numero 18, & ad l. hac edict. quæst. 24, nu. 7, & 8. Spad. conf. 38, numero 5, libro 1. Rota in dicta Romana dotis 11 Februarii 1656, n. 27. Bevilacqua & 10, Decembris 1657, n. 21, Melio.

- At ubi concurrunt conjecturæ confoventes confessionem receptæ dotis, non negamus quin plurimum conferat * juramentum, siue assertorium, siue promissorium, siue utrumque ad facilius convincendum numerationem, & juxta hanc declarationem transire necesse est auctoritates supra in oppositum congestas, Surd. conf. 489, sub numero 16, vers. Quintò concurrunt; & 17. Josephus Ludovic. decisione Perusin. 66, n. 11. Camarat. respons. 45, sub numero 16, vers. Septimò adducitur. Rota decisione 24, numero 8, part. 7, recent. & apud Salgad. in Labyrinth. credit. dec. 3, n. 6, & coram Cardinali Othob. decisio 167, n. 17, & 18. & in Anconitana dotis 17 Jun. 1647, §. 3, elicitur Arguelles.

Confessio dotis receptæ à marito facta constante matrimonio post lapsum temporis opponendi exceptionem, aut querelam dotis non numeratæ præjudicat etiam creditoribus mariti, ita ut uxor habens pro se confessionem mariti debeat creditoribus ipsis præferri, ut prosequitur Auctor hic à n. 12, ad 17. Sed retento themate quod aliis non * concurrentibus talis confessio emanasse censetur in fraudem prohibita donationis, dicendum venit quod lapsus hujusmodi in nihilo creditoribus præjudicare valeat. Esto enim, quod dicere nequeant de non numerata dote, non impediuntur tamen quominus opponere valeant de donatione, Ludovif. decis. 67, numero 6, & 7. Martin. Medic. ad decis. Senen. dicta examinat. 51, n. 39, 40, & 59. Marefcot. variar. resolution. 8, n. 3, lib. 1. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 3, cap. 13, numero 22. Hodiern. ad l. hac edict. quæstione 24, n. 52. Et secundum prædictam distinctionem intelligi debent Doctores cumlati à Joan. Franc. Andr. controvers. 186, numero 2, 3, & 4. Verum enim est quod ex lapsu temporis tollitur exceptio non numeratæ, sed remanet fraus ob suspensionem donationis, Gratian. disceptat. 693, n. 12. Rota in d. Romana dotis per totas decisiones. Hoc idem sibi locum vindicat, quando maritus intra tempus opponendi exceptionem dotis non numeratæ * eidem renunciavit, nam hæc renunciatio creditoribus non officit ad tradita per Auctorem hic numero 17. & latius prosequitur Gallarat. optimè distinguens de renunciat. 125, numero 9, sent. 2. Donad. in simili tract. de renunciat. cap. 41, n. 7, & seq.

At ubi maritus non ab ipsa uxore, aut focero, sed ab extraneo dotem * recepit confiteatur, tunc quælibet suspicio donationis cessat, exceptio tamen, ac querela dotis non numeratæ non remouetur, Josephus Ludovic. decisione Perusin. 66, n. 11. Joan. Franc. Andr. contr. 106, n. 12, Thomat. decis. Macerat. 99, n. 56. Marefcot. variar. resolut. 8, n. 8, lib. 1. ubi quod confessio dotis facta tertio tollat suspensionem donationis, Duran. dec. 409, n. 15, & seq. & dec. 428, n. 2, & seq. quatenus vult quod suspicio donationis cesset ex interventu extranei, & ex lapsu temporis expiret exceptio dotis non numeratæ, quod repetit Rota decis. 483, n. 28, part. 9, tom. 2, recent. & hanc conclusionem magistraliter distinguit Auctor hic numero 18. Quod tamen intellige * quoties conjecturæ simulationis non urgeant, Rota in d. Romana dotis 10, Decembris 1657, n. 23, & 26. Melio.

Promissione dotis præcedente, si postea subsequatur confessio dotis receptæ per istam omnes conveniunt, * nisi contrarium probaretur, quod actualis numeratio dotis intercesserit, Spad. conf. 215, n. 1, & 2, lib. 2. Altograd. conf. 33, n. 6, lib. 1. Hodiern. ad l. hac edict. quæst. 24, numero 2, & ad Surd. decisione 55, n. 1, Camarat. d. respons. 45, n. 2. Camarat. conf. 45, n. 2. Joan. Bapt. Antonell. conf. 46, n. 8. Ludovif. decis. 62, nu. 6, & dec. 493, n. 7, & in annot. gl. C. Duran. dec. 387, n. 6, & decis. 409, n. 6, & 14, & decis. 428, n. 1, Andr. Censal. decis. Lucen. 50, n. 23. Acoft. de privileg. credit. regul. 2. ampliat. 6, n. 26, & seq. Rota decis. 403, n. 4, & seq. part. 9, tom. 2, recent. & in Anconitana dotis 17 Junii 1647, §. Quintò depromitur, & 31 Januarii 1648, §. non enim Arguelles. Ubi quod attenda promissione confessio dotis numerationem probet, etiam si non concurrant adminicula, & in Romana domus 22 Junii 1654, §. creditum dotis, Melio, cum aliis per Caffill. hic adductis à n. 20, ad 25. De promissione